

rantur CCCLVI. nobis tantum CXXXII. Sola itaque Operis clausula est, quae in utroque Exemplari aliquantum congruit; ubi enim *Florentinum* legit: *qui in hoc praesenti saeculo in hospitio sui cordis meruerunt eum habere mansorem*, ibi *Nostrum*: *qui dominum mereantur hic et in futuro habere mansorem*. Verum istud nihil evincit, cum multis exemplis declarari facile possit, Commentatores recentiores diversos saepe numero una eademque phrasi antiquioris cujusdam usos fuisse. Quare rem in medio relinquo, definire non ausus, quatenus ad *Remigium Antissiod.* Commentaria pertineant. In nostris praeter *Augustinum*, *Hieronymum*, *Ambrosium* &c. etiam *Gregorius M.* et *Beda* excitantur. Unde de aetate statues. *Awendora* esse docuit frustrata in quaerendo diligentia. A publicandis absterre possit illud:

*In Silvam ne ligna feras.*

CXII. VII. C. 24.

181 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 259. f. per duas columnas exaratus rubricisque distinctus hunc praefert titulum miniatum: *Incipit postilla super euangelium mathei edita a fratre michaele de massa Ordinis fratrum heremitarum sancti augustini sacre pagine bachalario*. Post *Proemium* generale in Commendationem fa-

Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

crarum literarum, quod incipit: *Erunt fructus eius in cibum et folia eius ad medicinam, dicit dominus deus, hic est terminus in quo possidebitis terram. ezech. c. 47.* &c. sequitur aliud, quod *Divisio librorum* inscribitur, et post hoc demum succedit *Principium* sive *Praefatio super euangelium mathei*, quam *Commentaria* in duos illos *Prologos Matthaei Evangelio* praefigi solitos excipiunt. Occupantur his prima 16. folia, tandemque *fol. 17.* Enarratio ipsa hoc modo exorditur: *Liber generationis ihesu christi. totum euangelium beati mathei sicut et alia euangelia versantur principaliter circa christum qui est capud ecclesie verum* &c. et desinit in his c. 26. verbis: *antequam gallus cantet bis, ter me negabis*, quae potius ex *Marci 14.* accersita sunt. Opus itaque imperfectum est in hoc Codice, eo magis, quod teste *Ossingero* in *Biblioth. Augustin.* p. 567. *Michael* non in *Matthaeum* tantum, sed in omnes *Evangelistas* commentatus sit. *Rivulos* illum *impuros* in *Postilla* sua derivasse, argumento fit illud *fol. 247. p. 2.* *Narrat iacobus in libro de vita christi quod die mercurij ante passionem — fuit virgo maria in tanto dolore et in tam forti agonia quod pluries illa die cecidit ad pedes sui dulcissimi filij semimortua* &c. *Senensis* fuit *Michael*, in oppido *Massae* natus, et morte praematura raptus *Paris* 1336. Quae scripsit, habentur in *Biblioth. supracit.* uti

U

307

I O C T O J D I C I E S S H

308

et Autorum de eo testimonia.  
Praefens Opus ineditum est.

CXIII. VIII. 9. 10

265 Codex chartaceus lat. Sec.  
XV. Folior. nunc 48. f. corrente  
calamo scriptus continet *Commen-  
taria imperfecta in Matthaei E-  
uangelium* sine Autoris nomine,  
qui ea in usum Praelectionum scho-  
lasticarum congeffisse videtur.  
Praevie exponuntur Prologi *Hie-  
ronymiani*. Initium est: *Matheus  
ex Judea sic in ordine primus po-  
nitur &c. Hic est primus prologus  
beati Jeronimi qui preponitur E-  
uangelio Mathei qui quidem pro-  
logus diuiditur in 4<sup>or</sup> partes &c.  
Fol. 36. in Capite VIII. fittitur,  
et deinceps iterum Prolegomena  
quaedam in N. T. et expositio C.  
I. Matthaei, prout fuit ab initio  
Cod. consequuntur.*

CXIV. VII. 9. 10

558 Codex membraneus lat. Sec.  
XV. ordientis. Folior. 198. 4.  
per 2. columnas nitide exaratus,  
rubricisque distinctus commenta-  
tur in Partem *Evangeliorum Mat-  
thaei et Johannis Libris* IV. quo-  
rum I. et II. in *Matthaei Capiti-  
bus* V — VIII. *Tertius* in Eju-  
dem *Capitibus* XXIII — XXV.  
*Quartus* in *Johannis Capitibus*  
XIII — XVII. infumitur. Ratio  
hujus Excerptiois Commenta-  
tori est, quod in hisce *Capiti-  
bus* praecipua quaedam Doctrinae  
Christi fundamenta contineantur.  
Utitur maxime Scriptis *Chryso-*

*mi, Hieronymi et Augustini*, ni-  
si, quod initio *Libri III.* sibi hu-  
jus *Expositorium* deesse dicat.  
Prooemium Operis ita inchoat:  
*Licet totum evangelium annuatim  
deferat sua spiritualia vellera que  
sunt sententiae subtiles et utiles  
quibus est viatoris anima induenda,  
tria tamen sunt loca evangelij &c.  
Ad calcem Libri II. monemur:  
Explicit Tractatus de sermone do-  
mini in monte diuisus in duos li-  
bros ad similitudinem scripti quod  
super isto edidit Augustinus.* Et  
ita pro reliquis duobus Evangelij  
Locis duo *Libri* supersunt. *Li-  
bri* porro omnes in *Capita* tribu-  
ti sunt. At oram infimam folii,  
quod anteriori operimento Codi-  
cis interius adglutinatum fuit, le-  
gitur *Lymburg*. Quid si igitur  
quis Commentaria isthaec ad *Ru-  
pertum* Monasterii hujus Sec. XII.  
Abbatem referat, quem *Trithe-  
mius* in *Catal. illustr. Germ. fol.  
18.* praeter alia, quae enumerat,  
varios in scripturis sanctis tracta-  
tus composuisse testatur?

CXV. VI. E. II

Codex membraneus lat. Sec. 299  
XIV. Folior. 166. f. per duas  
columnas exaratus, rubricisque  
distinctus inscribitur: *Postille su-  
per Johannem*. Initium est: *Nun-  
quid ad preceptum tuum eleuabitur  
aquila et in arduis ponet nidum  
suum. XXXIX. Job. Cum inter  
III<sup>or</sup> sacra animalia mystica sig-  
nificatione quatuor euuangelistas de-  
signantia beatus iohannes per aquila  
figuretur &c.* Quorum PP.

fen-